

1599 Agost. 1599 Madrid

El rei Felip III concedeix a Francesc de València i als seus descendents escut d'armes. La concessió sobirana o "manu regia" consisteix en que el monarca dona l'escut d'armes al seu súbdit pels serveis prestats en un fet d'armes o pels serveis meritoris prestats a la corona. Aquest document ens aporta les dades de com serà l'escut d'armes i on es podrà posar.

A. L'Hospitalet de Llobregat, Arxiu Municipal. Al dors « Privilegio militar en persona de Francisco Valencia, any 1599, 2»

Nos, Philipus, Dei gratia rex Castella, Aragonum, Legionis utriusque Sicilia, Hierusalem, Portugalia, Hungaria, Dalmatia, Croacia, Navar- | ra, Granada, Toleti, Valentia, Galletia, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Corduba, Corsica, Murtia, Jaen, Algarpii, Algechira, Gibraltaris, insularum Canaria nec non Indiarum Orientalium et Occidentalium, insularum ac terra firme maris oceanii, archidux Austria, dux Bur- | gundia, Bravantia, Mediolani, Athenarum et Neopatria, comes Abspurgii, Flandis, Tirolis, Barchinona, Rossilionis et Ceritania, marchis Oristan et comes Goceani. Quia tu nobis, dilecte Francisce Valentia, nostre villa Apiaria dicti nostri principatus Cathalonia, meritis et servitiis tuis et ante-| cessorum tuorum que corona regia animo in defeso prestitistis, id promerentibus tuaque atenta, preclara estirpe et familia fuisti per illustrem ducem Cardona, consanguineum nostrum, in vim nostra regia comissionis sibi atribute, quod data fuit in civitate Tarracona, die decima octava mensis iulii proxime efluxi, miles armatus | ac militari cingulo decoratus, ut per literas certificatorias predicti ducis Cardona manu dilecti nostri archivarii et scribe mandati Michaelis Johannis Amat, domicelli, subsignatas, ubi nostra comissio erat inserta, factas die iobis, vigesimo nona dicti mensis iulii, nobis legitime constitit, cumque pro parte tua maiestati nostra sumiliter suplicatum fuerit ut in | predictis nostrum regium consensum adhibere et cartam tibi opportunam expediri mandare dignaremus, nos, predictis moti respectibus suplicatione huiusmodi benigne suscepta, militarem armaturam predictam et omnia supradicta per dictum nostrum commissarium virtute nostra regia commisionis in cuius favorem facta et subcrita laudantes et | aprobantes, ratificantes et confirmantes, pro ut contextu huiusmodi ea omnia laudamus et confirmamus et quatenus opus sit de nono concedimus tenore presentis de nostra certa sciencia et regia auctoritate deliberate et consulto te militem

armamus ac insigniis militis decoramus. Ita quod tu, dictus | Franciscus Valentia, tota que proles et posteritas tua, tam nata quam nascitura, ex nunc in posterum, milites sitis nuncupati nominati et intitulati possitisque et valeatis de ferre ensem calcaria et alia ornamenta ad equestrem sive militarem dignitatem pertinentia et expectantia et ut actus huismo- | di militaris clavius {elucescat} sua armorum insignia que hactenus gestare consuevisti nedum confirmamus verum etiam ubcioni additamento roboramus et validamus et quatenus opus sit ea de novo concedimus et elargimur, videlicet scutum in vinas parteis e que divisum, in cuius | dextera, in campo rubeo leo rapidus de pingitur aurei coloris caput sursum eugens, manibus protensis omnie aperto, e quo proferuntur litere in alium ubi legitur "libertas", in sinistra vero parte, in campo violaceo estat aurea turris brachio et manu dextera suspensa. Totumque dictum escutum | latinis literis circundatum ubi legitur "Deo, regis et Patrie Servire". Et in superius ipsius scuti parte inminet galea clausa ferrigner coloris, in cuius conos albei rubei et cerulei colorum peneque extant lascinere partim pendentes, partim in altum tendentes, eorundem colorem | superiorem partem scuti ambienter redimita, pro ut haec omnia pictoris artificio hic in medio clavius effigiata cernuntur. Que quidem arma et insignia tu tota que proles et posteritas tua, tam nata quam nascitura, de certero gestare et in omnibus et singulis actibus, picturis que edificiis, an nulis, | sigilis, sepulturis, vexiliis, tentoriis, torneamentis, saltitudis aulis et aliis omnibus utensilibus apponere et afigere positis et valeatis ad vestrum libitum voluntatis. Volentes et expresse concedentes quod tu, dictus Franciscus Valentia, totaque proles et posteritas tua, tam nata quam| nascitura, sui armini et gaudeatis omnibus illis honoribus, dignitatibus, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, prerogativis et gratis quibus alii civitatum, terrarum et regnum nostrorum ac prasentim dicti nostri principatus Cathalonie milites| fruuntur, potiuntur et gaudent ac sui potiri et gaudere soliti sunt, potuerunt et debuerunt, tam ex privilegiis foris constitutionibus, usu et practica regnum et terrarum predictorum quam alias quomodocumque et qualitercumque. Universibus propterea et singulis pramis| solum viceregibus, locatenentibus et capitaneis generalibus, regenti officium ac gerentibus vices nostri generalis gubernatoris, cancellario, vicecancellario, regentibus cancellariam et doctoribus nostrarum Regiarum Audientiarum et | quibus libet aliis officialibus nostris, tam maioribus quam minoribus, nec non ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus,

baronibus, omnibus aliis vassalis et subditis nostris, ubicumque dictionis nostra constitutis et constituendis, regia auctoritate nostra dicimus et | iubemus ad incursum nostra regia indignationis et ira paenique florenorum auri Aragonum {bismille} nostris regiis inferendorum [...] quod te, eundem Franciscum Valentia, pro ut supra militari gradu decoratum, militem nominare et appellare te- | neantur acte ubique locorum predictorum tanquam militem et militari cingulo insignitum honorifice suscipere et tractare et de inceps totam tuam prolem et posteritatem, tam natam quam nascituram, premisiis prerogativis, privilegiis et exemptionibus honoribus | favoribus et gratis quibus alii milites potiuntur et gaudent potirique et gaudere potuerunt et consuenerunt uti et potiri et gaudere permitan, nostram chartam huiusmodi omnia que et singula pra contenta teneant firmiter et obseruent tenerique et inviolabiter observari faciant per quoscumque causi secus agere fieri ut per- | mitere ratione aliqua sive causa si dicti officiales et subditi nostri praedicti gratiam nostram charam habent et principaliter ira et indignationis nostra in cursum penam [...] ad ppositam cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro communi sigillo quo nostri locumtenentes et capitanei | generales in nostro principatu Cathalonia et comitatibus Rossilionis et Ceritania utuntur pendenti munitam qua in promptu non est sigillum regium comune nostrum.

Datum in villa de Denia, die decimo quarto mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo| nonagesimo nono regnum omnium nostrorum anno secundo

Yo el Rey